20.
47
40

842,5

in hunc locum. Si pecuniam ac substantiam lis-
bium amore repperissem, quae me multo dita-
re poterat, nam nos in his esse videmus in quibus
vobis proficiat ad salutem. Post dies autem paucos
iussit sibi balneum praeparari, et cum venisset
lavandi gratia, vidit senem daemonium ha-
bentem et trementem valde. Quem dum admi-
raretur, alius puer adolescens egressus de
piscina procidit ad pedes apostoli dicens: Quid
nobis et tibi, Andrea? Venisti huc ut eicias
nos de sedibus nostris. Stetit autem attonito populo
dixit apostolus: Nolite timere, sed credite in
Iesum salvatorem nostrum. Clamantibus autem omni-
bus: Credimus quae praedicas, increpavit utrumque
daemonem, et egressi sunt a corporibus possessis.
Dimissique vel senex vel adolescens ad pro-
pria sua. Beatus vero apostolus lavans dicebat:
Quia inimicus generis humani ubique insi-
diatur, sive in lavacris sive in fluminibus, et
ideirco nomen domini assidue invocandum est,
ut is qui insidiatur insidians non habeat potesta-
tem. Quod videntes viri civitatis veniebant
et afferebant aegrotos ponentes ante eum
et curabantur. Sed et de aliis civitatibus
veniebant cum infirmis, et ipsi sanabantur.
842,20
[illegible]

842,23

dicens: Et scorto ac fornicatione praeceps ple-
rumque declinavi ad lupanar et exercebam illici-
ta. Et nunc tertia dies est in qua audivi mira-
cula quae agis et praedicationes tuas, quae sunt
plenae verbis vitalibus. Cogitabam enim mecum
ut relicto hoc opere venirem ad te, ut mihi
ostenderes meliora. Sed dum haec cogitarem,
veniebat in animum sensus ut haec relinque-
rem et facerem bonum quod cogitavi. Luctan-
te quoque conscientia mea, accepi evangelium et oravi
dominum ut haec aliquando me faceret obli-
visci. Post dies vero paucos oblitus evangelii quod
super me erat, instigante iterum cogitatione
perversa abii iterum ad lupanar. Et ecce mu-
lier meretrix videns me ait: Egredere se-
nex, egredere; angelus enim domini est tecum. Ne contin-
gas me, neque appropinques huic loco; video
enim mirabilia magna. Tunc ego obstu-
pefactus cogitare quid hoc esset, recolui quod
evangelium mecum habebam. Et conversus veni ad te
famulum dei, ut miserearis erroribus meis.
Spes enim mihi est magna quod non peream si oraveris
pro humilitate mea. Haec audiens beatus An-
dreas cum multa contra fornicationem disser-
uisset, [illegible] expansisque manibus
[illegible]
842,37